

PARODIA

Tabul: Ovid: IX. Lib. I

Metamorphs:

qua est

de Daphne in laurum

conversa

ad

Stuprum Dinae & fratrum

in Sicelemitas crudelitatem

quod legera est Gen: 34.

Primus amor Sicelem Iacobi filia quem non
 Sors ignara dedit; sed Dina blanda voluptas,
 Ante Viri expertis, quae rura subinde pererrat,
 Nec quid Hymen, quid Amor, quoto sint connubia curat:
 Saepe Pater dixit: Generum mihi filia debes:
 Saepe Pater dixit: debes mihi nata nepotes,
 Illa velut crimen tadas exosa jugales
 Dulora veracundo suffundens ora rubore.
 Hanc Sicelem nuper terra mulieribus eius
 Congressis, alias congressas viderat inter:
 Filius en Veneris flagranti cuspide gaudens
 Impiger umbrosa Parnassi quae stat in arce,
 De sua hic dormigera protulit duo tela pharetra,
 Non ea diversorum operum, faciebat amorem
 Namq; utrumq; auro nec non fulgebant acuto:
 Haec Deus in Nymphas aeganos fixit & illis
 Amorum laesit trajecta per ossa medullas:
 Alter amat mox nec fuit altera nomen amanti
 Nymphae amat visq; cupit connubia Dinae,
 Utq; leves stipulae deantis adolentur aristas,
 Ut facibus Jenes ardent, quas forte Vator
 Vel nimis admovit, vel ipse sub luce reliquit: